



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum


Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197089

Dominica Passionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)



DOMINICA PASSIONIS.

*Peccatum
mortale.*

THESIS I. *Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum. Joan. 8. v. 59.*
 Peccatum Mortale I. *Christo*, II. *Anima*, III. *Bonis Operibus* mortem inferunt. Vivit enim *Christus*, vivit *Anima*, vivunt *Bona Opera*, & ita vivunt, ut immortalitatis quemdam præferant characterem. Istis omnibus peccatum Mortale mortem parat. *La Selve Conf. 4. in Adventu.*

*Peccatum
mortale.*

THESIS II. *Quis ex vobis arguet me de peccato? Joan. 8. v. 46.* I. Peccatum Mortale *Admisse* profus horrendum est. II. *Peccando Consuescere* longè horribilius: III. *Indurescere* in peccato res omnium horribilissima est. *Vide Fullon. in I. Mach. Exkursu 3. in c. 4. fol. 201.*

*Peccatum
occultum.*

THESIS III. *Quis ex vobis arguet me de peccato? Joan. 8. v. 46.* Peccata occulta sunt quadruplicia. I. *Quæ*

Quæ paucis Hominibus conscijs sunt. II. Quæ soli Deo, Angelis, & Homini peccanti cognita sunt. III. Quæ soli Deo, & Homini peccanti cognita sunt, ut cogitationum peccata. IV. Quæ soli Deo cognita sunt, non homini ipsi, qui commisit, nempe occulta. Vide Fullonium loco superiori sol. 206. col. 2.

THESIS IV. *Si veritatem dico, Veritas. non creditis mihi?* Joan. 8. v. 45. I. Veritas quidem odium parit apud ple-rosque hominum, maximè si contraria est illorum opinioni, quam veram putant, vel eorum animi affectionibus, vel corporis sensibus. II. Tamen dicenda est à Concionatore *Fortiter, Constanter, Prudenter.* Bretteville hic.

THESIS V. *Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum.* Joan. 8. v. 59. *Cor.* Quid faciam populo huic? adhuc paululum, & lapidabit me. Exod. 17. v. 4. Tanquam homo à lapidibus fugit, sed vae illis, à quorum lapideis cordibus Deus fugit. S. Aug. tract. 43. in Joan. Idem dic de lapideis manibus, lapideis verbis &c.

THE-

*Peccatum
quid sit?*

THESIS VI. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Joan. 8. v. 46. Peccatum est I. Opus diaboli, qui illud suggerit. II. Ruina hominis, dum consentit. III. Pœna Dei, qui illud sæpenumero propter præcedens peccatum permittit.

Deus.

THESIS VII. *Exiit de Templo.* I. Quando nos deserimus Deum, merito Deus queritur de nobis, quòd ipsi nos relinquamus. II. Quando Deus nos deserit, injustè nos querimur, quòd ille nos deserat.

*Terror
peccati.*

THESIS VIII. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Joan. 8. v. 46. Ad fugiendum peccatum oportet recordari. I. Quæ & quanta eapropter oportuerit Christum pati. II. Quæ & qualia perferre debeant ipsi Peccatores, dum committunt. III. Quænam denique cogantur subire mala Dammati. *Di. Etion. Apost.*

*Discessus
Dei à
peccatore.*

THESIS IX. *Exiit de Templo.* Joan. 8. v. 59. Discessus hic terribilis est, quem Christus eod. cap. Joannis aliis verbis expressit. Ego vado, & quæretis me, & in peccato

vestro moriemini. Quærit peccatores, peccatores eum fugiunt, denique se elongat à peccatoribus. I. Quòd quærat Deus peccatores, *Excessus Amoris est.* II. Quòd peccatores Deum fugiant, *Excessus Ingratitudinis est.* III. Quòd Deus discedat, & se elonget à peccatoribus, *Tristis affectus Vindictæ est.* Unde paret Difficultas, quam habet Deus nos deserendi; Violentia, quam ei facimus, ut nos deserat; Miser Scelus, in quo sumus ab eo deserti. *Scientia universalis pro Cathedra, seu Dictionarium Morale.*



DOMINICA PALMARUM.

THESIS I. *Solvite, & adducite mihi.* Peccator
hi. Matth. 21. v. 2. I. *Ani-* conversus.
 ma peccatoris *ligata est.* Afina est a-
 nima alligata multis vinculis peccato-
 rum, inquit S. Hieronymus. Vincu-
 lum nostrum avaritia est, vinculum no-
 strum ebrietas est, vinculum nostrum
 G con-